

uersas Naturas diuidatur, id nullam aliam per viam fit,  
quam dumtaxat, veluti dictum est, per varias coctiones,  
quæ in natura fiunt: Vna siquidem Natura magis cum e-  
lementari suo igne, per humiditatem suam, cocta est,  
quam altera, ex quibus Natura vegetabilis in coctione  
est minima, eo, quod illius essentia facile comburatur, &  
liquor etiam facilime, vulgaris ignis beneficio, ab ele-  
mentari igne separetur.

Natura animalis in coctione priori non longe est dissi-  
milis, cum eiusdem essentia itidem facile comburatur:  
ideoque natura mineralis in coctione suprema est, quod  
liquor metallicus magis meliusque per coctionem cum  
elementari vnitus siet, quam duæ cæteræ istæ, antea di-  
ctæ, naturæ: Quamobrem etiam metalla vulgari igni  
melius resistunt, quam res cæteræ, quæ sub vegetabili &  
animali natura comprehensæ sunt: quemadmodum vi-  
dere est, quod in ignem posita metalla, non istiusmodi  
flammam quā ligna, edant, eius enim essentia nō ita cum  
liquore, quemadmodū metallica humiditas cum sua es-  
sentia, cocta est, & conjunctio liquoris cum essentia non  
metallica, sed simpliciter vegetabilis, quæ in fumo nigro  
consumitur, exstitit. Postquam vero essentia per natu-  
ram in coctionem peraenerit, tunc non vegetabilis per-  
mansit, sed nunc metallica facta est, & nunc à vulgari  
igne in albo fumo consumitur, non secus ac, uti vides, im-  
perfecta metalla, quando in igne liquefiuntur, fumum  
de se album spargunt. Quemadmodum igitur vegeta-  
bilis essentia per naturalem coctionem purificatur, & ex  
nigro in album aliquem fumum commutatur: Pari etiam  
modo, & eadem sane de causa, Veteres Sapientes dixe-  
runt: